

esse, eius Cultores dignis afficiendos præmijs, titulum, & privilegia Poëtæ Laureati, non quibusvis promiscuè, & sinè discretionè, sed ijs tantum conferenda esse, in Arte Poëtica singulares qui fecerunt progressus.

Cum itaq; tu Magister JOHANNES PAULE CRUSI, Poëseos Candidate, ad eundem honoris & dignitatis titulum aspirare cupias, tui jam officij, tuarúmque partium erit, ut, antequam petitus honoris titulus, solenni cum applausu tibi conferatur, eruditio- nis tuæ insignis, doctri- næ celebris, Virtutis nobilis, insigne, ac nobile aliquod specimen Illustri huic auditorio edas, exhibeas te talem, qualẽ te commendo, ut omnibus & singulis liquido constet, te eum esse, quem ipsa eruditio ac doctri- na commendet, ipsa virtus & morum integritas condecoret, ipsa Iustitia honore petito condecorandum dignum judicet, nec ipsa etiam Invidia, Virtutis Comes, idem deneget.



SPE-